

Zwei Urkunden

über die St. Oswalds-Kapelle im Höllenthal.

Mitgetheilt von Pfarrer L. Werfmann.

Auf einer freundlichen Anhöhe des hinteren Höllen- oder Falkensteinrthales steht ein altes, dem hl. Oswald geweihtes Kirchlein mit einem gleichfalls alten gothischen Altar. In dem erzb. Archiv befindet sich das Concept einer von Bischof Heinrich von Constanz am 18. October 1462 ausgestellten Urkunde, welche über das Alter der Kapelle Aufschluß gibt und welche wir der Veröffentlichung im Diöcesan-Archiv für werth erachteten.

Laut dieser Urkunde wurde die Oswalds-Kirche i. J. 1148 durch Bischof Hermann von Constanz (1140—1186) consecrirt; der Constanzische Weihbischof Berthold bedachte dieselbe 1315 mit Ablässen, welche 1462 durch Bischof Heinrich erneuert wurden.

Eine weitere Urkunde vom 21. December 1566, welche wir ebenfalls mittheilen, besagt, daß der das Kirchlein umgebende Gottesacker in diesem Jahre eine Erweiterung erfahren habe.

Die Oswalds-Kapelle gehört zur Pfarrei Hinterzarten; dieser Ort war zuerst Filial von Breitnau, erhielt i. J. 1416 eine eigene Kirche mit einem Kaplan und 1564 das „indultum, ut habeantur sacramenta“. Die Pfarrei wurde i. J. 1800 errichtet.

I.

Heinricus etc. universis et singulis Christifidelibus presentibus et posteris, ad quos presentes nostre littere pervenerint, salutem in Domino cum plena notitia subscriptorum.

Cum a nobis petita in divini nominis laudem et exaltationem, animarum salutem et fidelium tendant devotionem, dignum censemus, ut illis favorabiliter annuamus.

Sane itaque rectoris ecclesie parochialis in Breitenow, cui ecclesia S. Oswaldi, vallis Falkenstein, ut filialis est subjecta, nomine procuratoris ejusdem filialis ecclesie oblata nobis petitio continebat, quod licet olim, videlicet de anno Domini millesimo centesimo quadragesimo octavo jamdicta filialis ecclesia in honorem S. Oswaldi, regis et martyris dedicata et tunc per recolende memorie dominum Hermannum episcopum Constantiensem consecrata, et post plurium annorum decursum, puta de anno Domini MCCCXV per paris memorie fratrem Bertoldum, ordinis Wilhelmitarum, episcopum Zymbonensem pro eodem tempore in spiritualibus vicarium ecclesie Constant., certis indulgentiis predita fuerit, prout certo epitaphio tempus consecrationis et designationis reliquiarum altari ipsius filialis ecclesie inclusarum continente, ac quaedam littera indulgentiarum subinserti tenoris dicti quondam fratris Hermanni episcopi ejus sigillo appenso sigillata et nobis exhibita edocebat; tamen quia littere consecrationis et indulgentiarum prefati domini Hermanni episcopi Constant. de et super consecratione filialis ecclesie et indulgentiarum largitione confecte, apud ipsam filialem ecclesiam aut alibi non reperiuntur, sed verosimiliter deperdite credantur et alienate; — sintque prefati quondam fratris Bertoldi episcopi et vicarii littere provecta vetustate defectuose, adeoque successu temporis timeantur fieri inutiles; — ea propter, ne in futurum etiam eisdem litteris deficientibus ecclesia ipsa filialis indulgentias se preditam nequeat comprobare, petitur humiliter, ut de opportuno ipsis super his remedio provideatur, et aliquas de novo ex gratia speciali dictis prioribus indulgentiis adjicere dignemur; — Nos itaque, cupientes ut dicta ecclesia filialis congruis honoribus frequentetur, et quod a catholicis episcopis pie concessum est, ratum maneat, pro divini etiam cultus augmento et Christifidelium salute animarum, indulgentias priores, a dictis quondam domino Hermannno episcopo Constant., nec non fratre Bertoldo episcopo et vicario concessas auctoritate nostra ordinaria ratas habentes et gratas praesentis scripti patrocinio innovando confirmamus et approbamus. — Et nihilominus, ut fideles ipsam ecclesiam filialem frequentantes ad ponendum manus adjutrices et suas eleemosinas pro fabricae luminaribus et ornamentis ejusdem eo reddantur promptiores, quo celesti dono gratie se conspexerint spiritualibus alimentis amplius referturos, omnibus Christifidelibus ecclesiam predictam in festivitatibus in subscriptis litteris fratris Bertoldi episcopi et vicarii designatis, visitantibus,

et pro reparatione constructionis illius et luminaribus et ornamentis pie erogantibus, aut alia caritatis opera inibi operantibus, de omnipotentis Dei gratia, ac b. Petri et Pauli Apostolorum auctoritate, et gloriosissime genitricis Dei Virginis Marie et omnium sanctorum meritis confisi, peccata sua confessis et contritis, XL dies criminalium et centum dies venialium de injunctis eis poenitentiis prioribus adjiciendo in Domino misericorditer relaxamus; ipsis presentibus in perpetuo duraturis. — In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras nostras sigilli nostri fecimus appensione communiri. Datum Constantie in aula nostra episcopali anno Domini MCCCXLII mensis Octobris die XVIII. Indict. quinta.

Ut autem in futurum diete littere indulgentiarum quondam fratris Bertoldi notitia habeatur, earum tenorem presentibus inseri fecimus, qui de verbo ad verbum scribitur et est iste: Frater Bertoldus de ordine etc. etc. (fehlt).

(Aus dem Liber conceptorum B. pag. 98 b. im erzbischöfl. Archiv.)

II.

Vicarius etc. dilecto in Christo plebano in Braitnow Const. dioeces. salutem in Domino.

Ut murus coemeterii ecclesiae tuae filialis ad S. Oswaldum, quantum opus fuerit, infringi, eidemque coemeterio aliqua terrae portio pro ejus amplificatione adjici, atque illa ipsa adjecta a praelibati rev^{mi} et illustr^{mi} domini nostri Cardinalis episcopi Const. in pontificalibus Vicario generali consecrari possit et valeat, tibi ad hoc auctoritate nostra ordinaria licentiam concedimus et liberam impartimur facultatem; ita tamen, ut idem coemeterium, ut praemittitur, ampliatum, diligenter cingatur, iterumque muniatur, ut par est. Datum 21. Decemb. 1566.

(Aus dem Lib. concept. im erzb. Archiv.)